en
mi
íp
oc
de
dí
ue
aſ
ra
lo
gi
τ
na
ar
iſt
in
vn
lit
to
qu

az
ataz
ſe de
nirũ
nari.
fflu-
m ni
ꝛem
crate
tioni
eben
rteri
ctib⁹
nmo
pbi
colo
dib⁹
c co-
ietur
ir ab
s.ſed
lligi.
τ ob
oudi
ꝛimo
i oſtē

EVigilans vero aīaꝫ
meam tanq̄ frigiditate tenebrataꝫ
caleſcere conor. quā in deuotiōe de
ſertā ſcio incendi. ⁊ ingenti nimirū
deſiderio ſuper terrigenas eleuari.
Nō em̄ in ocio aduenit mihi afflu-
entia amoris eterni. neqꝫ dū corꝑaliter fueram ni
mis aggrauatus. ⁊ fatigatus p̄ itinere ardorem
ip̄m ſpecialem potui ſentire. aut etiā immoderate
occupatus ſolatijs vel cuidā vltime diſpoſitioni
deditus. imo me in talibus refrigeſcere depreben
di donec iterū poſtpoſitis om̄ibus quibus exteri
us poſſem detineri. ſolūmō ſaluatoris aſpectib⁹
aſſiſtere cōtenderē. in internisqꝫ odoribus immo
rare. Iſtum ergo librum offero intuendū nō phi
loſofis. nō mūdi ſapiētibus. non magnis theolo
gis. infinitis queſtiōibus implicatis. ſed rudib⁹
⁊ indoctis: magis deū diligere q̄ multa ſcire co-
nantibus. Nō em̄ diſputādo ſed agendo ſcietur
ars amādi. Arbitror aūt ea que hic cōtinētur ab
iſtis queſtionarijs: ⁊ in om̄i ſcientia ſummis. ſed
in amore chriſti inferioribus non poſſe intelligi.
vnō nec eis ſcribere decreui. niſi poſtpoſitis ⁊ ob
litis cunctis que ad mūdnm ꝑtinent ſolis condi
toris inardeſcant deſiderijs mancipari. Primo
quidē vt oēm terrenā dignitatē fugiant/oēm oſtē

tationem ſcientie ⁊ vanam gloriā odiāt. ac demſſ
pauptati altiſſime ſe cōformātes. orando ⁊ medi
tando diuine dilectiōi iugiter aſſiſtant. Sic nimi
rum apparebit eis interius igniculus quidā vir
tutis increate. ⁊ componens cor eoꝝ ad capien-
dum calorē quo cūcta caligo ꝯſumet. ⁊ eleuabit
eos in ardorē amabilem ⁊ ameniſſimū. vt tpalia
tranſcendant ⁊ thronū teneāt in termino tranquil
litatis. Quo em̄ ſcientiores ſunt eo aptiores ſunt
vel eſſent ad amādum ſi vere ſpernerent ſeipos ⁊
ab alijs ſperni gauderēt. Proinde quia hic vni-
uerſos excito ad amorē, amorisqꝫ ſupferuidum
ac ſupnaturalem affectū. vtrūqꝫ oſtendere cona-
bor. iſtius libri titulus incendium amoris dicat.

Ecce deſcripſi eam ti
bi tripliciter. Prouerbioꝝ. xxij. Cū
omīs ſcīa debeat gerere trinitatis in
ſigne. p̄cipue illa ſcīa que in ſacra
ſcriptura docet. debet in ſe repn̄ta-
re veſtigium trinitatis. Propter hoc ſapiens eā
tibi tripliciter deſcripſiſſe dicit. ꝑpter triplicē ipi⁹
intellectum ſpūalem: moralem ſcȝ allegoricum et
anagogicū. Hic aūt triplex intellectus rn̄det tri
plici actui hierarchico. ſcȝ purgationi: illuminati
oni ⁊ pfectioni. Purgatio aūt ad pacē ducit. Il
luminatio ad veritatem. Perfectio ad charitatē

Quibus pfecte adeptis. anima beatificare ꝛ ſm hoc ꝙ circa hec verſatur ſuſcipit meriti incremē-tum. In hoꝝ igit̄ triū cognitione dependet ſcien-tia totius theologie. ꝛ meritum vite eterne. Sciē-dum ergo eſt ꝙ triplex eſt modus exercendi ſe cir-ca hanc triplicem viam ſcilicet.

| | |
|---|---|
| Legendo | Lectio eſt diffuſioꝛ |
| Meditando | Meditatio eſt breuioꝛ. |
| Orando | Oratio eſt compendioſioꝛ. |

¶ Lectio eīn huiꝰ triplicis vie totam cōtinet ſa-cram ſcripturam. imo fere omnē ſanam doctrinā ſicut oſtenſuꝫ eſt ſupra in tractatu de reductione omniū artium ad theologiam. ¶ Quidam alius liber habet ſic. Sciendum igitur ꝙ triplex eſt mo-dus exercendi ſe circa hanc triplicem viā. ſcilicet meditando: orando: ꝛ cōtemplando.

Primo meditationis formā breuiter libeat intueri. Sciendū ergo ꝙ tria ſunt in nobis ſm quorū vſum in hac triplici via exercemur ſcꝫ.

Stimulus conſcientie.
Radius intelligentie.
Igniculus ſapientie.

Si ergo vis purgari. v̄te te ad conſciētie ſtimulū Si illuminari. ad intelligētie radium. Si perfici ad ſapientie igniculum ſm cōſilium beati Dioniſij ad Titum. vbi eū hortatur dicens. Verte te in-quit ad radium ꝛc. Ad ſtimulum conſciētie debet

homo exercere ſeipſum. hoc modo meditando in via purgatiua. ſcilicet vt.

Primo ſeipſum exaſperet.
Secundo euacuat.
Tercio dirigat.

Exaſperandus eſt recordatiõe peccati.
Nam Euacuendus circũſpectiõe ſui.
Rectificandus conſideratione boni.

¶ Peccati autem recordatio debet eſſe in hunc modum: Ut arguat ſe animus.

Multiplici negligentia.
De Multiplici concupiſcentia.
Multiplici nequicia.

¶ Fere em̃ om̃ia peccata et mala noſtra. ſiue contracta: ſiue acta reduci poſſunt ad hec tria.

¶ Circa negligentiam autẽ attende quod primo debet recogitare hõ. ſi in ſe fuerit negligẽtia. ſcilicet

Cordis cuſtodiendi.
Temporis expendendi.
Finis intendendi.

Hec enim tria ſunt ab omnibus ſumma cum diligentia obſeruanda. ſcilicet.

Ut cor bene cuſtodiatur.
Ut tempus vtiliter expendatur.
Ut finis debitus in oĩ opere pfigatur.

¶ Secūdo debet homo cogitare ſi negligēs fuerit in orōne: in lectione ⁊ in boni opis execucione. In his trib⁹ debet vnuſqſqꝫ diligēter ac ſolicite ſe exercere ⁊ excolere. vt poſſit fructum bonū dare in tempore ſuo. eo ꝙ vnum horum ſine altero nequaꝙ̄ ſufficiat.

¶ Tertio debet cogitare ſolicite ſi negligens fuerit. Ad penitendum. Ad reſiſtendum. Ad proficiendum. Debet em̄ vnuſquiſqꝫ cuꝫ ſumma diligētia deflere culpam cōmiſſam. Repellere temptiationem diabolicam. Proficere de vna virtute in aliam. vt ſic poſſit ꝑuenire ad terram ꝓmiſſam.

¶ Circa concupiſcentiam autem debet cogitare homo ſi in eo viuat ſcilicet.

Concupiſcentia voluptatis.
Concupiſcentia curioſitatis.
Concupiſcentia vanitatis. Que ſunt radices totius mali.

¶ Primo igitur recogitanda eſt cōcupiſcentia voluptatis. que tunc in homine viuit ſi fuerit in eo ſcilicet.

| | | |
|---|---|---|
| Appetitus | Dulcium. | |
| | Mollium. | |
| | Carnalium. | Hoc eſt |
| Si hō q̄rat | Cibaria ſaporoſa. | |
| | Veſtimenta delicioſa. | |
| | Oblectamenta luxurioſa. | |

Que omia nõ ſolũ reprehenſibile eſt appetere cũ cõſenſu. ſed etiã debet homo reſpuere pmo motu

¶ Secũdo recogitanda eſt cõcupiſcẽtia curioſitatis ſi viuat vel vixerit in homine.

Hoc aũt deprehenditur.

| | |
|---|---|
| | Scire occulta. |
| Cũ quis appetit. | Videre pulchra. |
| | Habere chara. |

In omĩbus his eſt vitiũ auaricie ⁊ curioſitatis. Multum reprehenſibile eſt hoc in homine.

¶ Tertio recogitanda eſt concupiſcẽtia vanitatꝭ que tunc viuit in homine/ſi in eo fuerit.

| | |
|---|---|
| | Fauoris. |
| Appetitus | Laudis. |
| | Honoris. |

Que omia vana ſunt. ⁊ hominẽ vanũ reddunt. ⁊ ita fugienda ſunt ſicut concupiſcentia mulierum Et de omi tali debet cõſciẽtia arguere cor hũanũ

¶ Circa nequitiam autẽ debet cogitare homo ſi in ſe vigeat vel aliquando viguerit ſcilicet.

Iracundia:
Inuidia.
Accidia. Que faciunt hoiem neouã.

¶ Primo cogitãda eſt iracũdie neqcia. q̃ ꝯſiſtit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Animo | | Corde | Affectu. |
| In | Signo | vł in | Facie | vł in Affatu. |
| | Verbo | | Clamore | Effectu. |

¶ Secundo recogtanda eſt nequicia inuidie.

Que in aliena
- Proſperitate tabeſcit.
- Aduerſitate hilareſcit.
- Mendicitate refrigreſcit.

¶ Tertio recogitāda eſt nequicia accidie. ex qua oriuntur. ſcilicet.
- Suſpitiones male.
- Cogitationes blaſphemie.
- Detractiones maligne.

Omnis enī talis nequicia admodum deteſtanda eſt. Ex hac trifaria recordatione triplicata. debet exaſperari ſtimulus cōſciētie ⁊ amaricari anima vt poſſit homo conſequi ſalutem.

Viſo qualiter exaſperari debeat ſtimulus cōſciētie in recordatione pcti. videndū eſt q̄liter ſit exacuendus ſtimulus in circumſpectione ſui. Tria autem debet homo circa ſe circumſpicere. ſcilicet.
- Diem mortis imminentem.
- Sanguinem chriſti recentem.
- Faciem iudicis preſentem.

In his tribꝰ acuit̄ ſtimulꝰ cōſcie ɔtra oīe malū

¶ Primo nanqꝫ acuit̄ dū ɔſiderat hō diē mort̄

Quia eſt
- Indeterminabilis.
- Ineuitabilis.
- Irreuocabilis.

Quem ſi diligenter inſpiciat: diligentiſſime labo rabit. vt dum tempus habet purgetur.

| | |
|---|---|
| | Negligentia. |
| Ab omni | Concupiſcentia. |
| | Nequicia. |

Cerastiana: Quis eĩ moraret in culpa. qui nõ eſt cert⁹ de die

¶ Secundo acuitur dum conſiderat homo ſan-guinem chriſti effuſum.

| | |
|---|---|
| | Humano corde excitando. |
| Pro | Eodem abluendo. |
| | Ipſo mollificando. |

Vel effuſum ꝓ humana immundicia mundificanda. pro humana morte viuificanda. ⁊ ꝓ humana ari ditate fecũdanda. Quis eñ tam hebes vt ꝑmit-tat in ſe regnare culpã negligẽtie: ꝯcupiſcẽtie vł neq̃tie. q̇ cogitat ſe ꝑfuſuꝫ illo ꝓcioſo ſanguine:

¶ Tertio acuit̃ dũ ꝯſiderat homo faciẽ iudicis.

| | |
|---|---|
| | Infallibilis. |
| Que eſt | Inflexibilis. |
| | Infugibilis. |

Nullus eñ ꝓt aliquo mõ fallere eius ſapientiaꝫ. Flectere iuſticiã. Effugere vindictã. Quia ĝ nul lũ bonũ irremuneratũ. nullũ malũ impunitũ. q̇s nõ acuetur ex hac cõſideratiõe cõtra om̃e malũ.

## Oſt hec videndum eſt

p quõ ſtimul⁹ conſcientie ſit rectificãdus

in ꝯſideratōe boni. Tria aūt ſunt bona meditāda
in quoꝝ acq̄ſitōe rectificat̄ ſtimul⁹ ꝯſcientie. ſcȝ.

Strennuitas contra negligentiam.
Seueritas contra cōcupiſcentiam.
Benignitas contra nequitiam.

His eī trib⁹ habitꝭ fit ꝯſcīa bona: mūda ꝛ recta. Et h̄ eſt q̄d dr̄ Mich. vj. Indicabo tibi hō q̄d ſit bonū. ꝛ q̄d dn̄s req̄rat a te. Utiqȝ facer̄ iudiciū ꝛ diligere mīam ꝛ ſolicitū ambulare cū dō tuo. In q̄bus ꝟbis tāgunt̄ illa tria p̄dctā. Sīliter ꝛ dn̄s hec eadē tangit in luca xi. Sint lūbi vr̄i p̄cincti.

¶ Primo igit̄ inchoanduȝ eſt a ſtrēnuitate. que viaȝ p̄bet alījs: Licet aūt eā ſic deſcribere. Strennuitas eſt quidā vigoꝛ animi excutiēs oēȝ negligentiā ꝛ diſponēs aīaȝ ad faciēdū bona op̄a ſcȝ

vigilanter.
Confidenter.
Eleganter.

Hec eſt que viam p̄bet ad oīa bona ſequentia.

¶ Secūdo ſequitur ſeueritas. que eſt quidā vigoꝛ animi reſtringēs oēm ꝯcupiſcentiā. ꝛ habilitās aīam. ac feruētem reddēs eam ad amoꝛē ſcȝ.

Aſperitatis.
Paupertatis.
Vilitatis.

¶ Tertio ſequitur benignitas. q̄ eſt q̄daȝ dulcoꝛ anime. excludēs oēm nequiciā ꝛ habilitās aīam.

Ad Beniuolentiam.
Tolerantiam.
Internam leticiam.

Et hic eſt terminus purgationis ſm viam medi tatiōis. Nā oīs ↄſcientia mūda leta eſt ꝛ iocunda. Qui igitur vult purgari ꝟtat ſe mō p̄dicto ad ſtimulum conſcientie. In p̄dicta tn̄ exercitatione a quolibet p̄miſſorum poteſt inchoari noſtra meditatio. Tranſeundum eſt etiaꝫ ab vno in aliud. ꝛ tandiu immorādnꝫ. quouſqꝫ tranquillitas ꝛ ſerenitas acquiratur ꝛ pcipiatur. ex qua oritur ſpūalis iocunditas. Qua adepta promptus ē anim⁹ vt ſurſum tendat. Incipit ergo via iſta a ſtimulo cōſcientie ꝛ terminatur in affectuꝫ ſpūalis leticie exercetur in dolore: ꝛ cōſumatur in amore.

¶ De via illuminatiua.

SEcundo loco poſt viam purgatiuā ſequitur illuminatiua. In qua ſe debet homo exercere ad radiuꝫ intelligentie hoc ordine Nam radius intelligentie.

Eſt Primo ꝓtendēdus ad mala dimiſſa
Scdo dilatādus ad beneficia ↄmiſſa
Tertio reflectendus ad p̄mia ꝓmiſſa.

¶ Protenditur aūt radius intellligentie ad mala dimiſſa. dum ſollicite penſant mala que dn̄s is

duxit. que tot ſunt quot ſunt peccata que cōmiſimus, et tam magna quantis eramus malis aſtricti, et quātis bonis priuati. Et hec meditatio ſatis patet ex p̄cedenti. Nec hoc ſolum attendendū eſt quāta mala cōmiſimus. ſed etiam cōſiderandum eſt in quanta mala incidiſſemus ſi dominus p̄miſiſſet. Et cum hec diligenter penſantur. p radium intelligentie tenebre noſtre illuminātur. Et talis illuminatio cōiuncta debet eſſe gratitudini affectiōis. alioquin nō eſt illuminatio celeſtis ad cuius ſplendorem videmus ſequi calorem. Vñ gratie hic agende ſunt pro dimiſſione malorū cōmiſſorum. vel poſſibilium committi.

Infirmitate.
Neceſſitate.
Voluntatis pūerſitate.

¶ Secundo videndū eſt qualiter iſte radius intelligentie dilatetur in cōſideratiōe beneficiorum commiſſorum. que quidem ſunt in triplici genere. Quedam enim.

Spectant ad
Complemētum nature.
Adiutorium gratie.
Donum ſuperabundantie.

¶ Ad complemētum nature ſpectat quod dedit deus ex parte corporis. ſcilicet.

Membrorum integritatem.
Complexionis ſanitatem.

Sexus nobilitatem.
Viſum perſpicuum.
Ex pte ſen- Auditum acutum.
ſus dedit. Sermonem diſcretum.
Jngenium clarum.
Ex parte Judicium rectum.
aie dedit Animum bonum.
¶ Ad adiutorium autez gratie ſpectat primo ꝙ dedit gratiam baptiſmalem.
Deletur culpa.
Qua Reſtituitur innocentia.
Confertur iuſticia.
Et per hoc dignum facit vita eterna.
¶ Secundo ꝙ dedit gratiam penitentialem,
Animi voluntatem.
Quãtum ad Temporis oportunitatem.
Religionis ſublimitatem.
¶ Tertio ꝙ dedit grãm ſacerdotalẽ ꝑ quã fecit.
Diſpenſatores doctrine.
Diſpenſatores indulgentie.
Diſpenſatores eucbariſtie.
Jn quibus omnibus ſm plus ⁊ minus diſpenſantur verba vite.
¶ Ad donum autez ſuperabundantie ſpectat ꝙ primo dedit totum mundum. ſcilicet.
Jnferiora ad obſequium.
Paria ad meritum.

Superiora ad patrocinium.

¶ Secundo dedit filium ſuum.

In fratrem ⁊ amicum.
Et hoc In noſtrum precium.
In cibum quotidianum.

Primum in incarnatione.
Secundum in paſſione.
Tertium in altris conſecratione.

¶ Tertio dedit ſpiritumſanctum.

In ſignaculum acceptationis.
Et hoc In priuilegium adoptionis.
In annulum deſponſationis.

Et per hoc fecit animam chriſtianam.

Suam amicam.
Vere Suam filiam.
Suam ſponſam.

Hec omīa ſunt mira ⁊ ineffabilia ⁊ in eorum meditatione ad modū ſpōſe aīa debꝫ eſſe deo grata

¶ Tertio circa viam illuminatiuam videndum eſt qualiter iſte radius intelligentie per meditationem eſt reflectendus. vt ad fontem totius boni reuertatur. recogitando premia promiſſa. Conſiderandum eſt ergo ſolicite ⁊ frequenter penſandum. ꝙ deus qui non mentitur. credentibus diligentibus ſe promiſit veraciter.

Amotionem omnium malorum.
Aſſociationem omnium ſanctorum.

Impletionem oīm deſideriorum in ſe ipſo, qui origo eſt ⁊ finis omnium bonorū. Qui eſt tantum bonum q̄.

Excedit Omnem petionem. Omnē deſiderij dilatationē. Omnem eſtimationem.

Et nos tanto bono dignos reputat ſi diligim⁹ ⁊ appetimus eum ſup̲ omnia, ⁊ propter ſe. Et īdo cum omni deſiderio ⁊ affectu ac beniuolentia debemus in ipſum tendere.

## ¶ De via vnitiua ⁊ perfectiua.

Poſtremo ſequitur qualiter nos exercere debemus ad igniculū ſapiētie. Hoc aūt faciendū ē hoc ordine. Quia iſte igniculus ſapiētie ſolicite ac diligēter.

Eſt Primo congregandus. Secundo inflamandus. Tertio ſubleuandus.

¶ Congregatur aūt p̲ reductionē affectiōis ab omni amore creature. A cui⁹ amore reuocari debet affectio. Om̄ amor creature nō p̲ficit. ⁊ ſi p̲ficit non reficit. ⁊ ſi reficit non ſufficit. Ideo om̄is amor talis ab effectu debet omnino elongari. Secundo inflamandus eſt igniculus iſte. ⁊ hoc ex cōuerſione affectiōis ſup̲ amorē ſponſi. Et hoc quidē ſit, vel comparando ip̄m amorē ad ſeip̄m

vel affettum ſupnorum ciuium. vel ad ipſum ſpō
ſum. Tunc aūt hoc fit quādo attendit ꝙ per hūc
amorem poteſt in nobis ſuppleri om̄is indigen-
tia. ꝛ ꝙ per amorē eſt in beatis om̄is boni abun-
dantia. ꝛ ꝙ per amorē habet ipius ſummi deſide
rabilis pn̄tia. Hec em̄ ſunt q̇ affectū inflamant.
Tertio ſubleuand' eſt igniculus iſte ꝛ hoc ſupra
om̄e ſenſibile, imaginabile, ꝛ intelligibile h̄ ordīe
vt hō īmediate de ipō quē pfecte optat diligere.
Primo meditando diſcat ꝙ ille quem diligit.

Viſibilis.
Audibilis.
Non eſt Odorabilis:
Guſtabilis Immo totus
Tangibilis. deſderabilis
Senſibilis.

Secundo cogitet ꝙ ille quem diligendo querit.

Terminabilis.
Figurabilis.
Non eſt Numerabilis. Sed totus
Circūſcriptibil' deſiderabil'
Commutabilis.
Imaginabilis.

¶ Tertio cogitet ꝙ ille quem diligit.

Demoſtrabilis.
Diffinibilis.
Non eſt Opinabilis Sed totus

Eſtimabilis. deſiderabilis
Inueſtigabilis.
Intelligibilis.

¶ Ex his aūt liquide patet. qualiter ad ſapiētiā ſacre ſcripture ꝑueniri poteſt. meditamdo ſcȝ.

Purgatiuam.
Circa viam Illuminatiuam.
Perfectiuam.

Et non ſolum ſacre ſcripture ↄtinētia. imo omīs meditatio noſtra debet ↄ̃ſari circa iſta. Nā omīs meditatio ſapientis aut eſt circa opa hūana. cogitando ſcȝ quid homo fecerit ⁊ quid debeat facere. ⁊ que ſit ratio mouēs. Aut circa opa diuina. cogitādo ſcilicet quanta deus homini cōmiſerit ꝙ omīa fecit ꝓpter hominē. quāta dimiſerit. ⁊ quāta repromiſerit ⁊ in hoc clauduntur opa creationis, reparationis ⁊ glorificationis. Aut circa vtrorūqȝ principia, que ſcilicȝ ſunt deus ⁊ anima. qualiter hec adinuicē ſunt copulanda. Et in hoc debet ſtare omīs meditatō noſtra. quia eſt finis omīs cognitionis ⁊ opationis ⁊ eſt ſapientia vera in qua eſt cognitio ꝑ veram experientiam. In hmōi aūt meditatione. tota anima noſtra debȝ eſſe intenta ſm vires ſuas. ſcȝ ſm rationē ⁊ ſynderiſim, ↄſcientiā ⁊ voluntatem. Nam in hmōi meditatione. Ratio ꝑcunctando affert ꝓpoſitionem. Synderesis ſententiando profert diffinitionem. Conſcientia te-

ſtificando infert concluſionem. Voluntas preeli-
gendo defert ſolutionem. Verbi gratia. Si q̄s ve-
lit meditari circa viaȝ purgatiuā. debet ratio que-
rere quid debeat fieri de homine. qui templuȝ dei
violauit. Synderesis rn̄det. ꝙ aut debet diſperdi
aut lamentis penitentie purgari. Conſcientia aſ-
ſumit. Tu es ille ergo / vel oportet te dānari. aut
ſtimulis penitentie affligi. Deinde voluntas pre-
eligit. ſcȝ ꝙ recuſat damnationeȝ eternam. ⁊ aſſu-
mit voluntarie penitentie lamenta. Iuxta hunc
modum in vijs alijs incedendum eſt.

## Sequitur de oratione quō per eam veniatur ad ſapientiam ſacre ſcripture.

Oſtq̄ⁿ diximus qua-
liter ad ſapientiā verā pueniur. le-
gendo ⁊ meditando. videndum eſt
nūc qualiter ad ipam puenitur orā-
do. Sciendum aūt eſt ꝙ in oratiōe
ſunt tres gradus ſiue partes ad ipam pficiētes.

Quorū
- Primus eſt deploratio miſerie
- Scd̄us imploratio miſcordie.
- Tertius exhibitio latrie.

Latrie aūt cultū deo exhibere nō poſſum⁹ niſi ab
eo grām ꝯſequamur. Oculum xp̄o dei ad dādā gra-
tiā nō poſſum⁹ inflectere niſi p deploratione ⁊ ex-
poſitionē nr̄e miſie ⁊ indigētie. Nā oīs pfetā ofo

debet habere iſtas tres partes. Non eniꝫ ſufficit vna ſine altera. nec pducit ad metaꝫ perfectam ⁊ ideo hec tria ſunt ſemꝑ iūgenda. ¶ Deploratio aūt miſerie circa quācunqꝫ miſeriā fit ſiue ꝑ ꝑpetratiōe culpe: ſiue ꝑ amiſſione gratie: ſiue ꝑ dilatione glorie. Hec tria debet habere. ſcꝫ dolorē, pudorem ⁊ timorem. Dolorem ꝓpter damnū ſiue incōmodum. Pudorem ꝓpter opprobrium ſiue inhoneſtum. Timorem ꝓpter periculum ſiue reatū Ex memoria eīn p̄teritorum oritur dolor. dum recordat̄. Quid omiſit: quia precepta iuſticie. Quid cōmiſit: quia ꝓhibita culpe. Quid amiſit: qꝛ gratuita vite. Ex intelligētia preſentiū oritur pudor dū attendit. Vbi ſit quia longe in imo que fuerat ꝓpe in ſūmo. Qualis ſit: qꝛ feda ī luto que fuerat pulchra imago. Que ſit: quia ancilla que fuerat libera. Ex ꝓuidentia futurorū oritur timor. dum precogitat. Quo tendat: quia ad inferos ꝓperat greſſus eius. Quid occurat: quia iudiciū ineuitabile, iuſtum tamē. Quid aſſequatur: quia ſtipēdium mortis eterne. ¶ Imploratio autē miſericordie circa quācunqꝫ gratiam inuocetur, debet eſſe Cuꝫ affluentia deſiderij: qđ habemꝰ a ſpū ſancto qui poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus Cum fiducia ſpei quā habemuſ a xp̄o. quia mortuus eſt ꝓ nobis om̄ibus. Cuꝫ diligentia implorandi ſubſidij. qđ querimus a ſctīs om̄ibus. Qn̄

ēm hec tria cōcurrūt: tūc imploratur efficaciter di
uina miſericordia. ¶ Affluentiam deſiderij habe
mus a ſpirituſancto.

Per ipſum ſumus a patre in fi-
lio predeſtinati eternaliter.
Quia
Per ipſum renati in baptiſmo
ſpiritualiter.
Per ipſum congregati in eccle
ſia vnanimiter.

¶ Confidentiam ſpei habemus a xp̄o domino.

Obtulit ſe in cruce in terra.
Offertur a mr̄e eccleſia in ſacra-
Qui pro
mento altaris in ſui memoriam
nobis
Aparet vultui patris in celo in
gloria.

Diligentiam implorandi ſubſidij a ſanctorū cō
ſortio habemus.

Ab angeloꝝ miniſtrantiū patrociniis
A beatorum triūphantium ſuffragijs.
A iuſtorum militantium meritis.

3 ¶ Exhibitio autem latrie ex quacunq̄ gratia de
us colatur. debet habere tria.

Primo ēm ob gratiam impetrandā de
bet cor noſtrum incuruari ad dei reueren
tiam ⁊ adorationem.
Secundo debet dilatari ad beniuolenti-
am ⁊ gratiarumactionem.

Tertio debet eleuari ad complacentiã
τ mutuam allocutionem:

Que eſt ſponſi τ ſponſe. quaʒ docet ſpũſſanctus in canticꝭ. In qua ſi recto ordine fiat mira eſt exultatio τ iubilatio. ita vt ducat̃ homo in exceſſuʒ τ faciat aĩam dicere. Bonum eſt nos hic eſſe. Et hic debet oratio noſtra terminari. Nec ante debet homo deſiſtere, donec ingrediatur in locuʒ tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domuʒ dei vbi in voce exultatiõis eſt ſonus epulantis. Ut aũt incurueris ad reuerẽtiam admirare immenſitateʒ diuinam τ intuere modicitatẽ tuã. Ut dilateris ad beniuolentiã attende benignitatẽ diuinã, τ vide indignitatẽ tuam. Ut eleueris ad complacẽtiam recogita charitatem diuinã. τ cõſidera tepiditatem tuã. vt ex hui⁹ collatiõe ꝑuenias in exceſſuʒ mẽtꝭ

¶ Sciendum autem ꝙ reuerentiam debemus exhibere deo tripliciter. Primo tanꝗ̃ patri.

A quo
- Formati.
- Reformati.
- Educati,

Sc̃do tanꝗ̃ dño a quo
- Eruti de ore inimici.
- Redempti de carcere inferni.
- Conducti in vineam domini pro munere paradiſi.

Tertio dbem⁹ exhibere dõ reuerẽtiã tanꝗ̃ iudici.

Accuſati. Accuſat enim cla-

mor conſcientie.

Corā quo — Conuicti. Conuincit em̄ euidentia. vite.
Confeſſi. Cōfitetur em̄ aſpectus diuine ſapiētie vnde cōtra nos de iure debeat ſententia proferri. Et prima quidez reuerentia debet eſſe magna. ſecunda maior. tercia maxima.

Vn̄
Prima ē ad modū inclinationis.
Secunda ad modum genuflexionis.
Tertia ad modum proſtrationis.

In
Prima nos ſubijcimus.
Secunda nos deijcimus.
Tertia nos abijcimns.

In
Prima reputamus nos paruos.
Secunda minimos.
Tertia vero nullos.

¶ Beniuolentiā aūt debem⁹ ſili mō deo tripliciter exhibere. ſcilicet magnam/maiorem/maximā.
Magnā ꝯſideratiōe infirmitatis nr̄e
Maiorem conſideratione magnitudinis gratie ſue.
Maximam conſideratione immenſitatis miſericordie ſue.

Vel
Magnam pro commiſſis.
Maiorem pro dimiſſis.
Maximam pro promiſſis.

Magnam ꝓ cōplementis nature.
Vel Maiorem pro indumento gratie.
Maximā ꝓ donis ſuper erogātie.

Prima cor extenditur.
Secunda aperitur. Cantic.v. Aperi
In mihi ſoror mea.
Tertia effunditur. Treñ.ij. Effunde ſi
cut aquā cor tuū añ conſpectum dñi.

¶ Complacentiaꝫ autem triplici modo debem⁹ deo exhibere toto corde.

Primo vt ſic coaptetur complacen-
tia noſtra ad deuꝫ. vt vnicuiqꝫ place-
at ꝙ ſolus deus placeat ſibi.
Secūdo vt ei hoc placeat ꝙ ipſe pla
ceat ſoli deo.
Tertio vt ei hoc placeat ꝙ in hac cō-
placentia ceteri communicent.

Prima eſt magna.
In Secunda maior.
Tertia maxima.

Prima eſt amor gratuitus.
In Secunda eſt amor debitus.
Tertia ē amor ex vtroqꝫ ꝑmixtus.

Prima crucifigitur mundus homini.
In Secunda crucifigitur homo mundo.
Tercia crucifigit̄ homo ꝓ mūdo. vt pro omībus velit homo mori/ vt ⁊ ipſi placeant deo.

Et hic eſt gradus ⁊ ſtatus pfecte charitatis. ante cuius aſſecutionem nemo debet ſe eſtimare perfectum. Tunc autem hanc perfectionez homo aſſequitur qn̄ coꝛ ſuū inuenit nō ſolum voluntariū ſed etiā auidiſſimū ad moꝛiendum ꝑ ſalute ꝓximorum ſm ꝙ ap̄lus dicebat .ij. Coꝛint. xij. Libentiſſime impendar/ ⁊ ſupimpendar egoip̄e ꝓ aīabus veſtris. Ad hanc pfectam dilectionem ꝓximi nō ꝑuenitur niſi pꝛius ꝑueniatur ad pfectam dilectionem dei. ꝓpter quē diligitur ꝓximus: qui nō eſt diligendus niſi ꝓpter deum. Et ꝓpterea ad intelligendam pfectionē in dilectione dei. Sciendum eſt ꝙ ſex ſunt gradus quib⁹ paulatim ⁊ oꝛdinate proceditur. vt ad perfectionem perueniatur.

Quoꝝ
- Pꝛimus eſt ſuauitas.
- Secundus auiditas.
- Tertius ſaturitas.
- Quartus ebꝛietas.
- Quintus ſecuritas.
- Sextus tranquillitas.

¶ Pꝛimus itaqꝫ gradus eſt ſuauitas. vt homo addiſcat guſtare ꝙ̄ ſuauis eſt dn̄s. Et hoc q̄dez fit vacando ⁊ ſabbatizando ei ꝑ ſanctas meditationes. ſm qd̄ dicitur in p̄s. Reliquie cogitatiōis diem feſtum agent tibi. Qd̄ quidem fit qn̄ meditationes circa amoꝛem dei ſuauitatez pariūt in coꝛde. Secūdus gradus eſt auiditas. qn̄ ſcꝫ anima

aſſuefieri cepit circa illam ſuauitatem. ⁊ naſcitur
in ea tanta eſuries. vt nihil poſſit eam reficere. ni
ſi cum quē amat poſſederit ꝑfecte. Qđ quia nō po
teſt in ꝑñti attingere. quia adhuc longe eſt, conti
nue excedit ⁊ egreditur extra ꝑ amorem extaticū
clamās ⁊ dicēs illud beati Iob. vij. Suſpendiū
elegit anima mea: ⁊ mortem oſſa mea. Et illud p̄s
Quēadmoduꝫ deſiderat ceruus ad fontes aqua
rum: ita deſiderat anima mea ad te deus. Tertius
gradus eſt ſaturitas. que oritur ex ip̄a auiditate.
Qui eñ vehemētiſſime deū deſiderat. ⁊ ſurſuꝫ fer
tur iam omē qđ deorſuꝫ videt: vertitur ei in faſti-
dium. Unde quaſi ſaturatus nō pōt refectionē in
uenire in aliquo citra ipſuꝫ dilectū. Et ſicut ſatu
ratus ſi cibuꝫ ſumat, incurrit potius abhomina
tionem ꝙ̄ refectionem. ſic in hoc gradu charitas
facit circa omē creatum. Prouerb. xxvij. Anima
ſaturata calcabit fauū. Quartus gradus eſt ebrie
tas, que oritur ex ſaturitate. Ebrietas aūt in hoc
conſiſtit. ꝙ quis tanto amore diligat deū, vt iam
nō ſolum faſtidiat ſolacium terrenum. ſed etiā de
lectetur ⁊ querat tormentum ꝓ ſolatio et amore
illius quē diligit delectetur in penis: opprobrijs
⁊ flagellis cum ap̄lo. ij. Corinthi. xij. Unđ ſicut
ebrius ſeipſuꝫ denudat ſine pudore ⁊ ſuſtinet pla
gas ſine dolore: ſic in iſto intelligendum eſt. Un-
de Actuum. v. Ibant apoſtoli gaudentes a con-

ſpectu concilij. quoniam digni habiti ſunt ꝑ no-
mine iheſu contumeliam pati. Quintus gradus
eſt ſecuritas. que oritur ex ebrietate. Ex hoc enim
ꝙ anima ſentit ſe tantum amare deum ꝙ libenter
ſuſtinet ꝓpter ipſm omne damnū ⁊ omē opprobri
um, iam foras mittitur timor. ⁊ tantam concipit
anima ſpem de adiutorio dei. vt nullo modo exi-
ſtimet ſe poſſe ſeparari ab eo. In hoc gradu erat
apoſtolus cum dicebat: Quis nos ſeparabit a
charitate chriſti ⁊c. Certus ſum enim, quia neq3
mors neq3 vita ⁊c. poterit nos ſeparare a chari-
tate dei, que eſt in chriſto ieſu dño noſtro. Roma.
viij. Sextus gradus eſt vera et plena tranquilli-
tas per quam eſt tanta pax et requies in anima.
vt quodammodo ſit in ſilentio et ſomno ⁊ velut
in archa noe collocata. vt nullo modo perturbe-
tur. Quis enim poteſt inquietare mentem quam
nullus cupiditatis ſtimulus inquietat. nullus ti-
moris aculeus agitat: In iſta mente pax eſt ⁊ ſta
tus vltimus ⁊ quies. ⁊ ibi requieſcit verus ſalo-
mon. quoniam in pace factus eſt locus eius. Et
ideo valde conuenienter iſti gradus ſignificant̃ ꝑ
illos ſex gradus q̄bus aſcēdebat̃ ad thronū ſalo
monis. iij. Reg. x. ⁊ ij. Paralip. ix. Et ꝓpter hoc
dicit̃. Canti. iij. Aſcēſuȝ purpureū media charita
te ꝯſtrauit. Quia impoſſibile ē ad iſtā trāquillita
tē ꝑtingere niſi ꝑ charitatē. Hac aūt acquiſita fa

cillimū eſt homini facere om̄e quod eſt pfectiõis ſiue agere ſiue pati. ſiue viuere ſiue mori. Studē dū eſt igiť ad pfectū charitat]. cū pfect⁹ ei⁹ inducat pfectionē oīs boni ꝛ ꝯplemētū. Ut igitur ſint ad manū p̄dicte differētie nota ꝙ q̇ ad hanc pfectiões vult pficeř dʒ p meditatione ſtimulū ꝯſcie

Primo
- Exaſperare.
- Exacuere.
- Rectificare.

Et ſic ad radium intelligentie. tranſire.

Ipſum
- Protendendo.
- Dilatando.
- Reflectendo.

Et ſic ad igniculum ſapientie tranſire.

Ipſum
- Congregando.
- Inflamando.
- Subleuando.

Et ſic per orationem primo debet deplorare miſeriam ſuam.

Cnm
- Dolore ppter damnum.
- Pudore ppter opprobrium
- Timore ppter periculum.

Secundo debet implorare diuinā miſericordiaʒ

Cum
- Vehementia deſiderij p ſpiritū ſctm̄.
- Fiducia ſpei p xp̄m cruciſixum.
- Aſſiſtentia patrocinij per ſanctorum ſuffragium.

Tertio debet exhibere latriam exhibendo.

Deo — Reuerentiam. / Beniuolentiam. / Complacentiam.

Ut primo ex parte dei ꝓcedat admiratio diuina quasi maior ꝓpoſitio. Secundo ex parte noſtra ſequatur cōſideratio quaſi aſſumptio. Tertio fiat latrie plena exhibitio. quaſi concluſio.

¶ Qui aūt ſic excitauerit ſe cōtinue ꝛ intente: ꝓficiet in charitate ſm̄ ſex gradus p̄dictos. quibus ꝑuenitur ad ꝑfectionem tranquillitatis. vbi ē multitudo pacis. ꝛ quaſi quidā finis quietis noſtre quam dn̄s reliquit apl̄is. Und̄ nota ꝙ apl̄us in qualibet ſalutatione optabat gratiā ꝛ pacem. gratiam tanꝗ̄ primordialem. pacem ſicut cōplemētum. Ad thimotheum autem interponit miſericordiam que eſt vtriuſqꝫ principium.

¶ Nota ꝙ in miſſa cogitandum eſt de negligentia circa corpus chriſti.

¶ Nota de ſacramēto ꝙ dominus propter nos ſemper totus ibi eſt. ꝛ nos raro vel nunꝗ̄ ibi toti ſumus propter eum.

¶ Item ꝙ ibi eſt precium redemptionis noſtre. ꝛ nō liberamur ꝛ hoc ſtat ꝑ nos. Item ꝙ ibi vere eſt deus ꝛ nō videmus eum. ad quem videndū creati ſumꝰ. Item ꝙ ibi ē paratior ad liberandū nos. ꝗ̄ nos a miſeria liberari. Item ꝙ ipſe ad ſa

lutem noſtrā inſtituit hoc ſacramentū. ⁊ tam ſtu-
dioſe. Nos vero tepidi. imo toti frigidi hoc conſe
cramus. Itē ꝙ ipē ibi eſt cū angelorū frequentia
nos cū magna cordis irreuerentia. Item ꝙ ipſe
ibi ardens eſt ꝓ noſtra dilectione, nos ibi remiſſi
in gratiarū actione. Itē ꝙ ipē ibi eſt cibus ange
lorum ad noſtram refectionem ⁊ nos non guſta-
mus eū ꝓpter noſtram corruptionē. Itē ꝙ quic-
quid diſpergimus ꝑ culpam ipē ibi congregat ꝑ
gratiā. nec tn̄ grati ſumus. Itē ꝙ ipē ſe ibi offert
preciū redemptionis noſtre ſine tedio. nec tn̄ libe
ramur oīno. Uis ergo ſcire que ⁊ quāta ⁊ quib⁹
debeas: Primo ꝓ chriſto oēꝫ vitā tuā ponere qꝛ
ipē ſuaꝫ poſuit ꝓ tua. ⁊ cruciatus diros ſuſtinuit
ne tu ꝑpetuos ſuſtineres. Sed cōfer p̄mia omīs
vite filiorum adam. ⁊ omēs dies ſeculi ⁊ labores
oīm hoīm qui fuerūt, ſunt ⁊ erunt, nihil erunt ad
cōparationē illius corpis. qd̄ ſpectabile ⁊ etiā ſtu
pendum eſt virtutibus ſupnis. in cōceptu de ſpi
rituſancto, in ortu de ꝟgine. in vite innocentia, in
doctrine affluentia. in chorucationibus miracu
lorū. in reuelationibus ſacramentorū. Sicut igit̄
exaltantur celi a terra, ſic exaltata eſt vita illius a
vita hoīm. que tamē poſita eſt ꝓ vita noſtra. Si-
cut eīm nihil ad aliquid nullā habet cōparationeꝫ
ita vita noſtra ad vite illius ꝓportioneꝫ. Cum il
la nulla dignior ſit, noſtra nulla miſerior poteſt

eſſe. Cum ergo ei me deuouero/quid queſo ſum? Nonne ſicut ſtella ad ſolem: gutta ad fluuium: lapis ad montē? Sed nō huic ſoli debitor ſum. cui nihil retribuere poſſuz. Exigunt a me pterita peccata mea futuram vitaz meam. vt faciam dignos fructus penitentie. et recogitē omnes annos meos in amaritudine anime mee. Sed ad hoc quis idoneus? Peccaui ſuper numerum arene maris et multiplicata ſunt pctā mea et non ſum dignus aſpicere celum etc. Quod igitur ſine nnmero eſt quomodo numerabo? Quomodo ſufficiam cum cogar reddere debitum vſq ad nouiſſimum quadrantez? Sed et delicta quis intelligit? Quantuz peniteam/quantūlibet me affligam et maccrem. propter nomen tuum non propter penitentie meritū propiciaberis domine petō meo. ait iuſtus. multum eſt enim. Cuz igitur quicquid vis/quicquid ſapis/quicquid habes. quicquid potes: huic vni rei dedicaueris: nunqd aliquid eſt. vel in aliquid computandus eſt? Sed et tertiū debitorem oſtendam tibi. qui nō minus acriter q veraciter ſibi vēdicat vitam tuam. Puto enim q poſſidere deſideras gloriam illaz quā nec oculus vidit. nec auris audiuit etc. regnum omnium ſeculorum. viuere ineternum. in perpetuas eternitates. Credo q velis equalis eſſe angelis dei. et in plateis ſuperne hieruſalem melos angelorum audire. Et vi-

dere quicquid eſt illud vel erit qn̄ deus erit om̄ia in om̄ibus. Nōne ad hoc totū te. ꝛ quātumcūq; vndiq; trahere poteris. dare oportebit: Et cum om̄ia impleueris. nō tamē credas cōdignas eſſe paſſiones huiꝰ tp̄is vel corpis ad futuram gloriaꝫ que reuelabit in nobis. Quid dices. ꝛ ſi quartum debitorem adduxero in medium qui ſibi iure primatus tres ſuperiores excedere velit: Ecce in ianuis eſt qui fecit celū ꝛ terraꝫ. Creator tuus tu creatura. Tu ſeruus. ille dominus. Ille figulꝰ tu figmentuꝫ. Totum ergo quod es illi debes. a quo totuꝫ habes. Illi p̄cipue dn̄o qui ꝛ fecit te ꝛ bene fecit tibi qui ꝛ tibi miniſtrat ſideruꝫ curſus aeris temperiem: iocunditateꝫ terre fructuū vbertatem. huic reuera totis medullis: totis viſceribꝰ ſeruiendum eſt. ne forte indignatiōis oculo te reſpiciat ac deſpiciat. ꝛ conterat te ineternū Expone igitur mihi cui hoꝝ quatuor ꝑponis reddere quod debes. cuꝫ vnuſquiſq; tam interius q̄ exterius exactor ſit. vt te ſingulariter poſſideat: Eya dn̄e. vim patior. rn̄de ꝑ me. quia horum quatuor quilibet de iure me tenere poteſt ꝛ ſuffocare. In manus tuas cōmendo ſpm̄ meū. tu perſolue om̄ibus. tu ab omnibus me libera. quia tu es deus ꝛ non homo. ꝛ quod apud homines impoſſibile ē poſſibile eſt tibi domine deus noſter.

¶ Sequitur de contemplatiōe quō p eaz perueniēdū ſit ad ſapientiā ſacre ſcripture.

Poſtq̄ autez diximus qualiter ad ſapientiā nos exercere debeamus p meditationez τ oratio nem. nūc breuiter tangamus quali ter ɔtemplādo ad verā ſapientiam puenit. Per cōtemplationē nanqȝ tranſit mens noſtra ad ſupnam hieruſalem. Ad hui⁹ inſtar ec cleſia eſt formata. ſm illud Exo. xxv. Inſpice τ fac ſm exemplar quod tibi monſtratuȝ eſt in mō te. Neceſſe eſt em̄ eccleſiam militantē conformari triumphāti. τ merita p̄mijs τ viatores beatis ſm ꝙ poſſibile eſt. In gloria autē triplex eſt dos. in qua conſiſtit pfectio premij. ſcilicet

Summe pacis tentio.
Summe veritatis viſio.
Summe charitatis fruitio.

¶ Et ſm hoc diſtinguitur triplex ordo in ſupre ma hierarchia celeſti. ſcȝ thronorū/ cherubin τ ſe raphin. Neceſſe eſt igitur vt qui vult ad illaȝ bea titudinē p merita puenire. iſtorū trium ſimilitudi nem ſm ꝙ poſſibile eſt in via ſibi cōparet. ſcilicet

Ut habeat
Soporem pacis.
Splendorem veritatis.
Dulcorem charitatis.

c

110

¶ In his eniꝫ tribus requieſcit deus. ⁊ habitat tanq̄ in ſolio proprio. Neceſſe eſt igitur vnum quodq̄ꝫ trium predictorum per tres gradus aſcē dendi diſtinguere ſm triplicem viam. ſcilicet

Purgatiuaꝫ. que cōſiſtit in expulſiōe pcti.
Illuminatiuam. q̄ ꝯſiſtit in imitatione xp̄i.
Unitiuā. q̄ ꝯſiſtit in ſuſceptiōe ſpūſſancti.

Ita ꝙ quelibet via habꝫ gradus ſuos per quos aſcenditur ab imo. ⁊ tenditur vſq̄ꝫ ad ſummum.

Radus autem perueniendi ad ſaporem pacis ſunt iſti ſeptem

Primo occurrit pudor in recordatione flagicij. Et hoc quantum ad quattuor. ſcꝫ

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.
Ingratitudinem.

¶ Secundo occurrit timor in circumſpectione iudicij. Et hoc quadrupliciter. ſcilicet.

Diſſipationis operis.
Excecationis rationis.
Obdurationis voluntatis.
Condemnationis finalis.

¶ Tertio occurrit dolor in eſtimatione damni. et hoc ſm quattuor ſcilicet

Quantum ad amiſſionem diuine amicicie.
Quantum ad perditionem innocentie.

Quantum ad vulnerationem nature.
Quantum ad diſſipationem vite preterite.

¶ Quarto occurrit clamor in imploratione ſubſidij quadruplicis, ſcilicet
Dei patris.
Filij redemptoris.
Virginis matris.
Eccleſie triumphantis.

¶ Quinto occurrit rigor in extinctione fomitis ſiue incentiui quadruplicis, ſcilicet
Ariditatis, que eſt deſidia.
Peruerſitatis, que eſt malicia.
Voluptatis, que eſt concupiſcentia.
Vanitatis, que eſt ſuperbia.

¶ Sexto occurrit ardor in appetitu martirij, et propter quattuor ſcilicet

Propter pfectionē
Remiſſionis offenſe.
Purgationis macule
Satiſfactionis pene.
Sanctificatiōis concupiſcētie alias exactionis cōcupiſcentie.

¶ Septimo loco occurrit ſopor in obumbratione xp̄i. vbi eſt ſtatus et requies, quādo homo ſentit ſe protegi ſub vmbra alarum diuinarū. vt nō vratur ardore concupiſcentie, nec timore pene Ad quod non poteſt peruenire niſi per appetitum martirij. nec ad appetitum martirij. niſi extinxe-

rſt incentiuum.nec ad extinctioneꝫ incentiui niſi imploꝛauerit ſubſidiuꝫ. nec ad imploꝛationē ſubſidij,niſi deploꝛet damnū. nec ad deploꝛationem damni:niſi timeat iudicium.nec ad timoꝛem iudicij:niſi recoꝛdet̃ ⁊.erubeſcat flagiciū. Qui ğ vult habere pacis ſopoꝛē ꝓcedat ſm oꝛdinē p̄dictum

g Radus aūt ꝑueniendi ad ſplendoꝛeꝫ veritatis.ad quem peruenitur imitatione chꝛiſti.ſunt iſti ſeptem.ſcilicet

Aſſenſus rationis.
Affectus compaſſionis.
Aſpectus admirationis.
Exceſſus deuotionis.
Amictus aſſimilatiouis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.

In quibus hoc oꝛdine progrediendum eſt.

¶ Pꝛimo cōſidera.quis eſt qui patitur.⁊ ei ſubdere per rationis aſſenſum. vt credas firmiſſime ipſum veraciter.

Dei filium.
Omnium rerum pꝛincipium.
Eſſe Saluatoꝛem hominum.
Retributoꝛem meritoꝛum omnium.

¶ Secundo cōſidera qualis eſt qui patitur. ⁊ ei configurare per compaſſionis affectum.ſcilicet

Innocentiſſimo.

Ut cōpatia-
ris ei tanq̄ — Mitiſſimo.
Nobiliſſimo.
Amantiſſimo.

¶ Tertio cōſidera quātus eſt qui patit᷑ ⁊ ad ipm̄ egredere ꝑ admiratiōis aſpectū. ⁊ attēde ꝙ ipe ē.

Immēſus — Poteſtate.
Specioſitate.
Felicitate.
Eternitate.

Igit᷑ admira-
re immenſam — Poteſtatē adnihilari.
Specioſitatem decolorari.
Felicitatem tormentari.
Eternitatem mori.

¶ Quarto conſidera qua de cauſa patit᷑. ⁊ teipm obliuiſcere ꝑ deuotiōis exceſſum. Quia patit᷑. ſcʒ

Pro — Tua redemptione.
Tua illuminatione.
Tua ſanctificatione.
Tua glorificatione.

¶ Quinto cōſidera quali forma patitur. ⁊ ipſuʒ induere per aſſimilationis amictum. Paſſus eſt enim ſicut verus agnus.

Libentiſſime reſpectu proximi.
Seueriſſime. reſpectu ſui.
Obedientiſſime. reſpectu patris.
Prudentiſſime. reſpectu aduerſarii.

Stude igitur ad habendum habitum ſm̄ effigi

em imitationis chriſti.ſcilicet

Benignitatis.

Seueritatis.

Humilitatis.

Perſpicacitatis.

¶ Sexto conſidera quāta ſint que patitur ꝛ cru cem amplectere per paſſionis deſideriuꝫ vt ſicut chriſtus paſſus eſt

Uincula.vt impotens omnipotentia.

Conuicia.vt vilis bonitas.

Ludibria.vt ſtulta ſapientia.

Supplicia.vt iniqua iuſticia.

Sic ꝛ tu ꝯſidera paſſionē crucꝭ.hoc eſt paſſionē

Iniurijs in rebus.

Contumelijs in verbis.

Plenam Ludibrijs in ſignis.

Supplicijs in tormentis.

¶ Septimo conſidera quid ex hoc conſequitur ꝙ patitur.ꝛ veritatis radium intuere per cōtem plationis oculum. Quoniā ex hoc ꝙ agnus paſ ſus eſt ſeptē ſignacula libri aperta ſunt. Apocal. v. Liber iſte eſt vniuerſalis rerum noticia. in qua ſeptēꝫ erāt clauſa homini.que quidē ſunt per paſ ſionis xp̄i efficaciam reſerata.ſcꝫ Deus admira bilis.Spiritus intelligibilis. Mundus ſenſibi lis.Paradiſus deſiderabilis. Infernus horribi lis.Uirtus laudabilis. Reatus culpabilis.

¶ Primo eniz deus admirabilis manifeſtatus eſt nobis per crucem eſſe ſumme ꝛ inſcrutabilis ſapientie. ſumme ꝛ irreprehenſibilis iuſticie. ſumme ꝛ inenarrabilis miſericordie. Summa eñ ſua ſapientia decepit diabolum. Summa ſua iuſticia queſiuit redemptionis precium. Summa ſua miſericordia ꝓ nobis tradidit filiuz ſuum: Que ſi diligenter ꝯſiderent̃. deū nob̃ clariſſime manifeſtāt

¶ Secundo ſpiritus intelligibilis nobis manifeſtatus eſt per crucem. ſm differentiā triplicē. ſcʒ

Quāte

Sit benignitatis. quātū ad angelos

Sit dignitatis. quātū ad homīes.

Sit crudelitatis. quantuz ad demones.

Nam

Angeli permiſerunt crucifigi dominū ſuum. Dei filius crucifixus eſt ꝓpter genus humanum. Et hoc ad crudelē ſuggeſtionem demonum.

¶ Tertio mūdus ſenſibilis nobis manifeſtatus eſt ꝑ crucez. qm̄ eſt locus tenebrarū plen⁹ in quo

Regnat

Cecitas. quoniam lucem veraz ꝛ ſummam non cognouit

Sterilitas. qm̄ ieſum chriſtum tanq̄ infructuoſum deſperit.

Impietas. quoniaʒ deum ꝛ dominum ſuum ꝛ amicum ꝛ innocentem damnauit ꝛ interfecit.

¶ Quarto paradiſus deſiderabilis nobis mani feſtatus eſt per crucem. in qua eſt

Faſtigium totius glorie.
Spectaculum omnis leticie.
Promptuarium omnis opulentie.

Unde deus ꝓpter illā habitationem nobis reſti tuendam. factus eſt pro nobis homo. ſcilicet

Uilis.
Miſer.
Pauper.

In quo celſitudo abiectionē induit/ iuſticia rea tum ſubijt: opulentia egeſtatem ſuſcepit. Nam al tiſſimus imperator accepit ſeruitutē abiectam vt ſublimaremur in gloriam. Juſtiſſimus iudex ſub ijt reatum penaliſſimum. vt iuſtificaremur a cul pa. Opulentiſſimus dominus ſuſcepit egeſtatē extremam/ vt locupletaremur in copia.

¶ Quinto infernus horribilis manifeſtatus eſt nobis per crucem locus vtiq; plenus.

Omni
Egeſtate ꝛ penuria.
Uilitate ꝛ ignominia.
Calamitate ꝛ miſeria.

Unde ſi neceſſe fuit hec chriſtum pati ꝓpter pec cati deletionē. multo fortius oportet hec pati dā natos ꝓpter iuſtā meritorū ſuorū retributionem.

¶ Sexto manifeſtata eſt nobis per crucem vir tus laudabilis. quantum ſcilicet

Precioſa.
Sit Specioſa.
Fructuoſa.
Precioſa. quia potius voluit xp̄s vitam corporalem perdere q̃ vir-tuti contraire.
Vere Specioſa. quia in ipſis contume-lijs relucebat.
Fructuoſa. quia vnus actus perfe-cte virtutis infernum ſpoliauit. ce-lum aperuit: perdita reſtaurauit.

¶ Septimo manifeſtatus eſt nobis per crucem reatus culpabilis. quantuz ſit deteſtabilis. cum ad ſui remiſſionem indigeat.
Magno precio.
Tam Grandi piaculo.
Difficili medicamento.

Ecce igitur habes quō in cruce om̄ia manifeſtā-tur ſi bene ad hec ſeptē reducanť. Om̄ia em̄ ad hec ſeptem reducuntur. Unde ipſa crux vere beata
Clauis.
Eſt Porta.
Uia.
Splendor veritatis.

Quam qui deuote ſibi tollit. et ſequitur chriſtum iuxta modum p̄aſſignatum. non ambulat in tene-bris. ſed habebit lumen vite.

GRadus aũt perueniẽdi ad dulcorẽ
g charitatis ſunt iſti ſeptem. ſcilicet
Uigilantia ſolicitans.
Confidentia confortans.
Concupiſcentia inflamans.
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans.
Leticia delectans.
Adherentia conglutinans.

In quibus hoc ordine progredi debes, ꝙ vis ad pfectionẽ charitatꝫ ⁊ amorꝫ ſpũſſancti ptingere. ❡ Primo ergo neceſſe eſt vt vigilantia te ſolicitet, ppter ſponſi prõptitudinẽ, adeo vt poſſis dicere illud ps. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et illud ſponſe Cant. v. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat. Et illud Eſa. xxvj Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed ⁊ ſpiritꝰ meꝰ in precordijs meis, de mane vigilabo ad te. ❡ Secundo vt cõfidentia te confortet. ppter ſponſi certitudinem. adeo vt vere poſſis dicere. In dño cõfido. Et illud. In te dñe ſperaui. Et illud Job. xiij. c. Etiaꝫ ſi occiderit me in ipo ſperabo. ❡ Tertio vt concupiſcentia te inflamet ppter ſponſi dulcedinẽ. adõ vt poſſis dicere. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat aĩa mea ad te deus. Et illud Canti. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. ❡ Quarto vt excedẽ

tia te eleuet. ꝑpter ſpōſi celſitudinē. adeo vt poſ-
ſis dicere cū p̄s. Quā dilecta taberna. tua dn̄e ꝟ.
Et illō Cant. j. Trahe me poſt te ꝛc: Et illō Job
vij. Suſpendium elegit aīa mea ¶ Quinto vt cō- v
placētia te quietz. ꝑpter ſpōſi pulchritudinē adō
vt poſſis dicer̄. illud ſpōſe Cant. iij. Dilect⁹ me⁹
mihi. ꝛ ego illi. Et illud Cantic̄. v. Dilect⁹ meus
candidus ꝛ rubicund⁹. electus ex milib⁹. ¶ Sex- vj
to vt leticia te delectet. ꝑpter ſponſi plenitudinez
adeo vt poſſis dicere. Scđm multitudinem dolo
rum meoꝝ in coꝛ. m. cōſo. t. le. a. m. Et illō. Quā
magna multitudo dul. tue dn̄e. Et illud. ij. Cho-
rinth i. vij. Repletus ſum cōſolatiōe ſupabundo
gaudio ꝛc̄. ¶ Septimo vt adherētia te congluti- vij
net ꝑpter amoꝛ ſpōſi fortitudinē. adeo vt poſſis
dicere illō p̄s. Mihi aūt adherere deo bonū eſt.
Et illud pauli. Quis nos ſeꝑabit a charitate xp̄i
¶ In his eīn gradib⁹ oꝛdo eſt. nec ſtatus eſt an-
te vltimū. nec ad illum ꝑuenitur. niſi ꝑ gradus in
termedios. ꝛ mutuo ſe pariūt. Et in primo viget
cōſideratio. in ceteris vero ſequentib⁹ dn̄atur af-
fectio. Vigilantia eīn ꝯſiderat ꝙ honeſtum: ꝙ cō
ferens: ꝙ delectabile ſit diligere deum. Et ex hoc
quaſi nata cōfidentia parit concupiſcētiā. et illa
excedentiā. quouſqꝫ ꝑueniatur ad copulā. ꝛ oſcu
lū ꝛ amplexuz dilecti ꝛ amantiſſimi. ¶ Gradus
pertinentes ad purgationem ſic diſtiguuntur.

¶ Poſſunt autem dicti gradus aliter diſtingui. ⁊ quaſi in idē redeunt. vt primo diſtiguātur gradus purgationum ſic.

Flagicium erubeſce.
Judicium contremiſce.
Damnum ingemiſce.
Propter Remedium implora ſubſidium.
Aduerſarium extingue incendium
Brauium anhela martyrium.
Umbraculum approxima ad xp̄m

¶ Gradus pertinentes ad illuminationem ſic diſtinguuntur. Nota.

Quis patitur. ⁊ credens captiuare.
Qualis qui patitur, ⁊ cōdolens amaricare
Quātus qui patitur, ⁊ ſtupens admirare.
Qua de cauſa patitur, ⁊ cōſidens precare.
Quali forma patitur, ⁊ ſequens aſſimilare.
Quanta que patitur. ⁊ ardens amplexare.
Quid ad hoc conſequitur ꝙ patitur. ⁊ intel ligens contemplare.

¶ Gradus vie vnitiue ſic diſtinguuntur.

Uigilantia ſolicitet. propter ſponſi promptitudinem.
Confidentia corroberet. propter eius certitudinem
Cōcupiſcētia inflamet. ppᷓ ei⁹ dulcedinē.
Te Excedentia eleuet. ppter ei⁹ celſitudinem.
Cōplacētia alliciat ppᷓ ei⁹ pulchritudinē

Leticia inebriet. ppt amorē ei⁹ plenitudinē
Adherētia cōglutinet. ppt ei⁹ fortitudinem
Ut dicat ſemꝑ deuota aīa in corde ⁊ in ore ſuo.

Te quero.
In te ſpero.
Te deſidero.
Ad dn̄m In te conſurgo.
Te accepto.
In te exulto.
Tibi finaliter adhereo.

¶ Nota ꝙ gradus ꝓficiendi poſſunt etiā aliter diſtingui ſm̄ triplicē differentiam triplicatā tripli ci hierarchie conſonā. Naȝ cuilibet proficere vo lenti neceſſaria ſunt tria. ſcilicet

Amaritudo
Gratitudo
Similitudo

Et hoc poſt lapſum. Si enim homo non peccaſſet. duo ſufficerēt. ſcȝ gratitudo ⁊ simi litudo. Gratitudo videlicȝ ꝓpter gratiā. Simili tudo vͦo ꝓpter iuſticiaȝ. Sed nūc etiā neceſſaria eſt amaritudo ꝓpter medicinaȝ. Peccata em̄ per delectationem ppetrata. non poſſunt purgari ali quo mō aut deleri. niſi econtrario per afflictionē ⁊ amaritudinem.

In ipſa autem amaritudine debet.
Ponderatio malorum commiſſoruȝ propter proprias nequicias.

Eſſe Perpeſſio doloꝝ ꝓpter xpi anguſtias
Poſtulatio remedioruꝫ propter proxi
mi miſerias.

In gratitudine aūt ſimili modo debet.

Admiratio beneficiorum ꝓpter crea
tionem de nihilo. Conē de petō.
Eſſe Accumulatio meritorū ꝓpter repati-
Actio gr̄aꝝ ꝓpt̄ ereptionē de inferno.
Creatio ad imaginem.
Fuit eñ Redemptio ꝑ ꝓprtū ſanguineꝫ
Ereptio vſqꝫ ad celi altitudinē.

In ſimilitudine etiaꝫ pari modo debet eſſe

Aſpect⁹ veritatis eleuat⁹ ad ſupiora
Affect⁹ charitatꝭ dilatat⁹ ad exteriora
Act⁹ virilitatis ordinat⁹ ad interiora

Eleuatio ad ſuperiora debet diligenter fie-
ri per aſpectum veritatis. ꝛ hoc

Contemplationem dei. intelligentia
Per Circūſpectioneꝫ vniuerſorū. ſcientia
Captiuationē iudicioꝝ. fide formata

Item dilatatio ſeu extenſio circa exteriora debet
fieri diligenter per affectum charitatis. ꝛ hoc

Appetitum deliciarum celeſtiū. ſapiētia
Per Amplexum rationabilium. amicicia
Cōtēptū voluptatū carnaliū. modeſtia.

Item ordinatio ſiue exercitatio circa interiora de
bet fieri diligenter per actum virilitatis. ꝛ hoc

Aggreſſum difficilium.ſtrennuitate
Per Actum laudabilium.magnanimitate.
Amplexum humilium.humilitate.

Purgatio autem in amaritudine.

Contritio reſpectu ſui debet eſſe doloro
ſa per triſticiaꝫ.propter mala prementia
teipſum.chriſtum ⁊ proximum.

Cōpaſſio reſpectu xp̄i. dꝫ eſſe timoroſa
p reuerētiā. ꝑpter iudicia latētia.⁊ tñ ꝯa
In q̄ est licet incerta.ſicut tempus dies ⁊ hora.

Cōmiſeratio reſpectu proximi debet eſ-
ſe clamoroſa p̱ confidentiaꝫ.ꝑpter patro
cinia ſemper parata per deum. per chri-
ſtum.⁊ per ſuffragia ſanctorum.

Illuminatio in ſimilitudine in qua eſt aſpe
ctus veritatis prime.qui debet

Erectus ad incomprehenſibilia.
Eſſe Extentus ad intelligibilia.
Exinanitus ad credibilia.

In qua etiam eſt affectus charitatis qui debet

Erectus ad deum.
Eſſe Extentus ad proximum.
Exinanitus ad mundum.

In qua etiam eſt actus virilitatis.qui debet

Erectus ad commendabilia.
Eſſe Extentus ad communicabilia.
Exinanitus ad contemptibilia.

¶ Sequitur perfectio in gratitudīe
in qua eſt Vigilantia exurgens ad canticum, pro
pter beneficiorum vtilitatem. Leticia exultās ad
iubilum ꝓpter donorū ꝑcioſitatē. Beniuolentia
accendens ad amplexuȝ. ꝓpter dātis liberalitatē
¶ Nota ꝙ aſpectus veritatis debet eſſe erectus
ad incomprehēſibilia. ⁊ hec ſunt myſteria ſumme
trinitatis. ad que erigimur contemplando ea. ⁊ ħ
dupliciter. Vel ꝑ poſitionē. vel ꝑ oblationē. Pri-
mū ponit Auguſtin⁹. ſcdm Dioniſi⁹. Per poſiti
onem ꝑmo intelligimus in diuinis eſſe quedā vt
cōmunia. quedam vt ꝓpria. quedā vt appropria
ta- quedam ſunt media inter hec ⁊ illa. Intellige
ergo ⁊ comtemplare ſi potes circa deuȝ commu
nia. ⁊ vide quoniaȝ deus eſt Eſſentia prima. Na
tura ꝑfecta. Vita beata. Que neceſſariam habent
cōſequentiā. Iterum intende ⁊ vide ſi potes. qm̄
deus eſt Eternitas preſens. Simplicitas replēs
Stabilitas mouens. Que ſimiliter conſequentiaȝ
habent ⁊ cōnexionem naturalem. Poſtremo attē
de ⁊ vide qm̄ deus eſt Lux inacceſſibilis. Mens
inuariabilis. Pax incomprehēſibilis. Que non
tantū eſſentie vnitatem. ſed etiam includunt ꝑfe-
ctiſſimam trinitatem. Lux quidem tanꝗ̄ parens
generat ſplendorem. lux auteȝ ⁊ ſplendor produ
cunt caloreȝ. ita ꝙ calor procedit ab vtroqȝ licet

nõ per modum prolis. Si ergo deus vere lux eſt inacceſſibilis. vbi ſplendor ⁊ calor eſt ſubſtantia ibi hypoſtaſis vere in deo eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Que ſunt ꝓpria diuinarũ ꝑſonarũ Mens etiã tanꝙ ꝑncipiũ cõcipit ⁊ ꝓducit a ſe verbum. a quibus emanat amoris donũ. Et hoc in omni mente ꝑfecta eſt reꝑire. Si ergo deus eſt mens inuariabilis. planum eſt in deo eſſe principium primũ. verbũ eternũ. ⁊ donũ ꝑfectũ/ q̃ ſunt ꝓpria diuinarũ ꝑſonarũ. Pax etiã includit nexũ plurimorũ. Perfecte aũt necti nõ poſſunt niſi ſimiles. Similes autẽ eſſe nõ poſſunt/ niſi ambo a tertio. vel vnus ab altero. Sed in diuinis nõ poſſunt ambo eſſe a tertio eodẽ mõ. Neceſſe eſt ergo ꝙ ſi in diuinis eſt vera pax ꝙ ibi ſit prima origo eius imago/ ⁊ vtriuſq; connexio. Deinde in diuinis ſunt appropriata ſm triplicem differentiam Prima appropriata ſũt. Vnitas. Veritas. Bonitas. Attribuitur vnitas patri/ quia origo. Veritas filio/ quia imago. Bonitas ſpirituiſancto. quia connexio. Secunda appropriata ſunt. poteſtas: ſapientia: voluntas. Attribuit᷑ poteſtas patri/ quia eſt principium. Sapientia filio/ quia eſt ꝟbum. Voluntas ſpirituiſancto. quia eſt donum. Tertia aporopriata ſunt. altitudo: pulchritudo: dulcedo. Attribuitur altitudo patri ꝓpter vnitatem ⁊ poteſtatem. nihil enim aliud eſt altitudo ꝙ

ſingularis ꝛ vnica ptās. Pulchritudo filio pro
pter veritatem ꝛ ſapientiam. Nam ſapientia inul
titudinem idearū. veritas aūt equalitatem inclu-
dit. Pulchritudo āt nihil aliud eſt ꝙ̄ equalitas
numeroſa. Dulcedo ſpirituiſſancto. ꝓpter bonita
tem ꝛ voluntatē. Ubi em̄ ſumma bonitas eſt iun
cta cum voluntate. ibi eſt ſumma charitas ꝛ ſum-
ma dulcedo. ¶ Eſt igitur in deo Altitudo terri-
bilis. ꝛ hic eſt ſtatus erectiōis. Pulchritudo mi
rabilis. ꝛ hic eſt ſtatus contemplationis. Dulce
do deſiderabilis. ꝛ eſt ſtatus gloꝛificatiōis. Hec
igitur erectio per viam affirmatiōis. Sed alia eſt
eminētioꝛ p viā negatiōis. Quoniā vt dicit Dio
niſius. Affirmatiões incōpacte ſunt. Negatiões
vero licet minus videantur dicere. plus tamē di-
cunt. Et hic modus erectionis eſt ꝑ abnegatio-
nem trium. ita ꝙ in negatiōibus illis ſit oꝛdo. in
cipiendo ab inferioꝛibus vſqꝫ ad ſuperioꝛa. Eſt
etiā ſupeminētis poſitiōis incluſio. Ut cum dici
tur. deus nō eſt quid ſenſibile ſed ſuperſenſibile
nec imaginabile ſed ſuperimaginabile. nec intelli
gibile ſed ſuperintelligibile. nec exiſtens hoc vel
hoc. ſed ſuper om̄e ens. Et tūc veritatis aſpect⁹
fertur in mētis caliginē. ꝛ altius eleuatur ꝛ pꝛo-
fundius egreditur. pꝛo eo ꝙ excedit ſe ꝛ om̄e cre-
atum. Et hic eſt nobiliſſimus eleuatiōis modus
Sed tamē ad hoc ꝙ ſit ꝑfectus ꝑexigit alium ſi-

cut ꝑfectio illuminationē. ⁊ ſicut negatio affirma tiones. Hic autē modus aſcendendi tanto eſt vigoroſior, quanto vis aſcendens eſt intimior. tanto fructuoſior. quāto affectio proximior. Et idō vtile valde eſt in illa exerceri. Ut ergo in hac eleuatione veritatꝭ aſpectus ſe valeat exercere. Nota ꝙ in prima hierarchia veritas eſt aduocanda per gemitum ⁊ orationem, ⁊ hoc eſt angelorum. Audienda per ſtudium ⁊ deuotionem, ⁊ hoc eſt archangelorū. Annūcianda per exemplum ⁊ predicationē. ⁊ hoc eſt ṗncipatuū. In ſecunda hierarchia veritas eſt Adeunda per refugium ⁊ commiſſionem. ⁊ hoc eſt poteſtatum. Apprehendenda per zelum ⁊ emulationem. ⁊ hoc eſt virtutum Aſſocianda per ſui contemptum ⁊ mortificationem. ⁊ hoc eſt dominationū. In tercia hierarchia veritas eſt Adoranda per ſacrificium et laudem. ⁊ hoc eſt thronorum. Admiranda per exceſſum ⁊ contemplationem: ⁊ hoc eſt cherubin. Amplexanda per oſculū ⁊ dilectionē. ⁊ hoc eſt ſeraphin. Nota diligenter p̄dicta qm̄ in illis eſt fons vite.

# Finit paruum bonū. vel regimen conſciētie ſancti Bonauenture qd̄ vocat̄ fons vite.

ſingularis ꝛ vnica ptās. Pulchritudo filio pro pter veritatem ꝛ ſapientiam. Nam ſapientia mul titudinem idearū. veritas aūt equalitatem inclu dit. Pulchritudo āt nihil aliud eſt ꝙ equalitas numeroſa. Dulcedo ſpirituiſſancto. ꝓpter bonita tem ꝛ voluntatē. Ubi eñ ſumma bonitas eſt iun cta cum voluntate. ibi eſt ſumma charitas ꝛ ſum ma dulcedo. ¶ Eſt igitur in deo Altitudo terri bilis. ꝛ hic eſt ſtatus erectiōis. Pulchritudo mi rabilis. ꝛ hic eſt ſtatus contemplationis. Dulce do deſiderabilis. ꝛ eſt ſtatus glorificatiōis. Hec igitur erectio per viam affirmatiōis. Sed alia eſt eminētioꝛ ꝑ viā negatiōis. Quoniā vt dicit Dio niſius. Affirmatiōes incōpacte ſunt. Negatiōes vero licet minus videantur dicere. plus tamē di cunt. Et hic modus erectionis eſt ꝑ abnegatio nem trium. ita ꝙ in negatiōibus illis ſit oꝛdo. in cipiendo ab inferioꝛibus vſqꝫ ad ſuperioꝛa. Eſt etiā ſupeminētis poſitiōis incluſio. Ut cum dici tur. deus nō eſt quid ſenſibile ſed ſuperſenſibile nec imaginabile ſed ſuperimaginabile. nec intelli gibile ſed ſuperintelligibile. nec exiſtens hoc vel hoc. ſed ſuper om̄e ens. Et tūc veritatis aſpect⁹ fertur in mētis caliginē. ꝛ altius eleuatur ꝛ pro fundius egreditur. pro eo ꝙ excedit ſe ꝛ om̄e cre atum. Et hic eſt nobiliſſimus eleuatiōis modus Sed tamē ad hoc ꝙ ſit ꝑfectus ꝑ̄exigit alium ſi

cut ꝑfectio illuminationē. ⁊ ſicut negatio affirmationes. Hic autē modus aſcendendi tanto eſt vigoroſior. quanto vis aſcendens eſt intimior. tanto fructuoſior. quāto affectio proximior. Et idō vtile valde eſt in illa exerceri. Ut ergo in hac eleuatione veritati aſpectus ſe valeat exercere. Nota ꝙ in prima hierarchia veritas eſt aduocanda per gemitum ⁊ orationem. ⁊ hoc eſt angelorum. Audienda per ſtudium ⁊ deuotionem. ⁊ hoc eſt archangelorū. Annūcianda per exemplum ⁊ predicationē. ⁊ hoc eſt p̄ncipatuū. In ſecunda hierarchia veritas eſt Adeunda per refugium ⁊ commiſſionem. ⁊ hoc eſt poteſtatum. Apprehendenda per zelum ⁊ emulationem. ⁊ hoc eſt virtutum Aſſocianda per ſui contemptum ⁊ mortificationem. ⁊ hoc eſt dominationū. In tercia hierarchia veritas eſt Adoranda per ſacrificium et laudem. ⁊ hoc eſt thronorum. Admiranda per exceſſum ⁊ contemplationem: ⁊ hoc eſt cherubin. Amplexanda per oſculū ⁊ dilectionē. ⁊ hoc eſt ſeraphin. Nota diligenter p̄dicta qm̄ in illis eſt fons vite.

**Finit paruum bonū. vel regimen conſciētie ſancti Bonauenture qđ vocat̄ fons vite.**

¶ Incipit opus contemplatōis doctoris ſeraphici ſancti Bonauēture per hebdomadam.

¶ Feria ſecunda. Flos primus
Ieſus ineffabilis perſona trinitatis.
¶ Ad matutinum attende. Tres fructus.
Perſonarum trinitatem in eſſentia diuinitatis.
Perſonarum equalitatē in excellētia maieſtatis
Perſonarum eternitatem in pmanentia immutabilitatis. Flos ſecundus.
Ieſus actor mirabilis in omnibus creatis.
¶ Ad primam attende. Tres fructus.
Dei potentiam in rerum creatione.
Dei ſapientiam in ipſarum ordinatione.
Dei beniuolentiam in vniuerſi perfectione.
Flos tertius.
Ieſus factor amabilis humane dignitatis.
¶ Ad tertiam attende. Tres fructus
Angelicam diuiſionem in ſtatus differentia.
Humanā trangreſſionē in temptatiōis violentia
Diuinam retributionem in meritorū exigentia.
Flos quartus.
Ieſus promiſſus patribus ſaluator deſperatis.
¶ Ad ſextam attende. Tres fructus.
Humanam calamitatē in multa deordinatione.
Demonis importunitates in multa perſecutione.

Diuinam pietatem in frequenti repromiſſione.
Flos quintus.
Jeſus promotor prouidus materne dignitatis.
¶ Ad nonam attende. Tres fructus
Marie mirabilē cōceptionem abſq; inquinatōe.
Puelle mirabilē educationē in templū oblatiōe.
Virginis mirabilem deſponſationem ioſeph co-
pulatione. Flos ſextus.
Jeſus aulam ingrediens clauſe virginitatis.
¶ Ad veſperas attende. Tres fructus.
Trinitatis dignationem in condeſcenſione.
Angeli ſalutationem cum deuotione.
Marie reſponſionem humili ſubmiſſione.
Flos ſeptimus.
Jeſus iohānem viſitans vtriſq; nondum natis.
¶ Ad completoriū attende. Tres fructus.
Puerorum cōuenientium in vtero exultationem.
Matrū occurrentiū in myſterio cōgratulationē.
Patrum audientium myſterij admirationem.
¶ Oratio. Aue ieſu verbū dei: factor orbis
ſalus rei: p̄miſſus diuinitus: honor matris: incar
natus de maria. nōdum natus p̄curſori agnitus
¶ Feria tertia flores ⁊ fructus arboris ſanctiſſi
me vite. Flos primus.
Jeſus mundū ingrediens in bethleem ē natus
¶ Ad matutinum attende Tres fructus
Naturarum conuenientium diuerſitatem.

Circumſtantiarum concurrentium congruitate.
Miraculorum atteſtantium nouitate.

Secundus flos.

Ieſus cultro vim patiens. ab euo ſic vocatus.
¶ Ad primam attende Tres fructus
Legis grauem rigorem in ſua obſeruatione.
Pueri magnuz honorē in nominis impoſitione
Parentum magnū dolorē in pueri circūciſione.

Flos tertius

Ieſus magis ſol oriens p ſtellā eſt monſtratus.
¶ Ad terciam attende Tres fructus
Magorū magnam diligētiam p puero videndo
Iudeorū magnā inſipientiā qđ norūt refellendo
Piorū magnā indigentiam defectuz ſuſtinendo

Flos quartus

Ieſus cum pare turturum legaliter oblatus.
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Offerentium miram humilitatem ⁊ deuotionem.
Oblatorum miram dignitatem ⁊ ſignificationez.
Recipientium mirā iocunditatem ⁊ exultationē.

Flos quintus

Ieſus occiſis pueris in egyptum fugatus.
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Herodis ⁊ iudeorum emulationē xpm pſequēdo
Puerorū ⁊ matrū eiulationē in pueros pdendo.
Piorum exulationem in egyptum fugiendo.

Flos ſextus

Jeſus in templo perditus paret matri vocatus.
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Jeſu mirabilem ſapientiam in iudeos docendo.
Parentū in cōſolabilez diligentiā ī puerū q̄rēdo
Filij imitabilem obediētiaz piā matrē ſequendo
Flos ſeptimus
Jeſus iordanis flumine iohanne baptizatus.
¶ Ad completoriū attende Tres fructus.
Baptizati ſublimem dignitatē ī lato teſtimonio
Baptiſte ꝓfundam humilitatē in ſuo preconio.
Baptiſmatis grandē ſanctitatē in ſuo myſterio
¶ Oratio Aue ieſu puer natus. circūciſus viſitatus a magis. legaliter immolatus effugat⁹ matri parens. baptizatus in aqua realiter.
¶ Feria quarta flores ꝛ fruct⁹. Flos primus.
Jeſus deſerto abſtinens a demone temptatur.
¶ Ad matutinum attende Tres fructus.
Jeſu abſtinentiam in corporis domatione.
Jeſu ſapientiam in hoſtis confutatione.
Jeſu reuerentiam in angelorum miniſtratione.
Secundus flos
Jeſus notus diſcipulis ad nuptias vocatur.
¶ Ad primam attende Tres fructus
Jeſu prudentiam in diſcipulorum vocatione.
Apoſtolorū obedientiam in prompta imitatione
Matris beniuolentiam in vini procuratione.
Flos tertius.

Jeſus doctor circuiens labore fatigatur.
¶ Ad tertiam attende Tres fructus
Doctorem veraciſſimum moribus ꝛ ſermone.
Laborem grauiſſimum in circuitione.
Populum rudiſſimum in informatione.

Quartus flos.

Jeſus paſtor reficiens a turbis frequentatur.
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Paſtorem benigniſſimum ſolicitum pro grege.
Populum ſolicitum pro temporali rege.
Jeſum laudis incurium que fit humana lege.

Flos quintus.

Jeſus infirmos medicans a ſcribis reprobatur.
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Medici diligentiam medicinam gratis dantis.
Morbi peſtilentiam quotidie augmentantis.
Infirmi negligentiam medicinam nō curantis.

Flos ſextus.

Jeſus nature imperans demonijs minatur.
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Jeſu miram potentiam qua demones coegit.
Rerum obedientiam quas precepto ſubegit.
Miram experientiam illorum quos elegit.

Septimus flos.

Jeſus coram diſcipulis monte tranſfiguratur.
¶ Ad completorium attende Tres fructus.
Teſtium auctoritatem in viſu ꝛ ſermone.

Ieſu magnam claritatem in tranſfiguratione.
Diſcipulorum iocunditatem in dicta viſione.
¶ Oratio. Aue ieſu in deſerto degēs vocās in apto paſtores ⁊ p̄dicās·turbas paſcēs·egros curās·demoniacos cōiurās.mōte te clarificans

¶ Feria quinta flores ⁊ fructus. Flos p̄mus.
Ieſus iumento inſidens plorat rex honoratus.
¶ Ad matutinum attende Tres fructus
Ieſu miram humilitatem in eius aſinatione.
Turbe obſequioſitatem in proceſſione.
Urbis tante calamitatem in lachrymatione.

Flos ſecundus
Ieſus templum ingrediens mēſas vertit iratus.
¶ Ad primam attende Tres fructus
Ieſu exemplaritatem in templi viſitatione.
Ieſu dignaʒ auctoritatē in phariſeoꝝ cōfutatōe
Ieſu amandam pietatem in adultere defenſione.

Flos tertius
Ieſus ſuſcitat lazarum a martha hoſpitatus.
¶ Ad tertiam attende Tres fructus
Iudeorum ingratitudinē in eſuriētis expulſione
Sororum amaritudinem in lazari ſuſcitatione.
Ieſu miram gratitudinem in hoſpite cōſolatiōe.

Flos quartus.
Ieſus in domo ſimonis vnctus donat reatus.
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Marie penitentiam in publica contritione.

Pharisei falſam reuerētiam in ieſu rephenſione
Ieſu piā ſententiam in peccatricis excuſatione.

Flos quintus

Ieſus matris ſuſpiria ſolatur perturbatus.
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Matris deſolationem cum pia ſupplicatione.
Filij conſolationē cum pia excuſatione.
Diſcipulorum cōpaſſionem cū pia admiratione

Flos ſextus

Ieſus a iuda venditus.a iudeis damnatus.
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Iude cupiditatem in magiſtri venditione
Iudeorum iniquititatem in ſua emulatione.
Ieſu longanimitatem in humili permiſſione.

Flos ſeptimus

Ieſus incena ſeruiens ſuis panis ſacratus.
¶ Ad completorium attende Tres fructus.
Charitatis beneficium in ieſu miniſtratione.
Prauitatis veneficium in iude obſtinatione.
Pietatis exercitium in diſcipulorum deuotiōe.
¶ Oratio Aue ieſu ſuſcitator vnctus.cul-
perelarator.rex aſello inſidens/zelū habens cō-
ſolator matri.vēdit⁹:ſacrator panis:cenā faciēs
¶ Feria ſexta flores ⁊ fructus Flos primus.
Ieſus orans circūdatus captus ⁊ ſubſanatus.
¶ d matutinum attende Tres fructus
Ieſu pceſſum doloroſum in pene preguſtatione

Luporum acceſſum doloſum in agni captione.
Diſciplorū receſſuz timoroſuz in mgr̄i d̄relictōe
Flos ſecundus
Jeſus coram iudicibus ſpretus ⁊ accuſatus.
¶ Ad primam attende Tres fructus
Phariſeorum iniquitatem in ſua inquiſitione.
Jeſu miram humilitatem in ſua reſponſione.
Diſcipuloruz anxietatem in magiſtri ꝑſecutione
Flos tertius
Jeſus flagellis liuidus conſputus coronatus.
¶ Ad tertiam attende Tres fructus
Jeſu innocentiam ſine excuſatione.
Judicum ſententiam ſine ratione.
Malorum truculentiam ſine miſeratione.
Flos quartus
Jeſus damnatus crucifer. eſt cruci conclauatus
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Patientis violentiam in triplici grauitate.
Pendentis irreuerentiaz in nephanda ſocietate
Miram impenitentiam gentis obſtinate.
Flos quintus
Jeſus morte mirabilis. agnus patri oblatus.
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Quam pie Jeſus condidit in cruce teſtamentum.
Quā libere ſe obtulit patri per tormentum.
Quā grande mundi pertulit machina lamentum
Flos ſextus

Jeſus aperto latere eſt cruci declauatus:
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Corpus pendens exanime abſqꝫ omni decore
Aquam aperto latere fluentem cum cruore
Corpus de crucis ſtipite tollentes cū merore.

Flos ſeptimus

Jeſus vnctus cum lachrymis in tumulo locat⁹.
¶ Ad completorium attende Tres fructus.
Materna deſideria in corporis obſeruatione.
Deuota miniſteria in ſepulchri preparatione.
Planctus & ſuſpiria in corporis tumulatiõe.
¶ Oratio Aue ieſu orans ꝓſtratus coram turbis accuſat⁹: factus plagis liuidus: agn⁹ cruce eleuat⁹: moriēs ĩde delat⁹ in ſepulchro poſit⁹.

¶ Sabbato Flos primus

Jeſus victor ad inferos: calcās hoſtes trāſiuit.
¶ Ad matutinum attende Tres fructus
Saluatoris imperium in morte triumphando.
Patrum deſiderium in ieſum expectando.
Angelorum miniſterium in iter preparando.

Flos ſecundus

Jeſus parentum vincula cum gaudio contriuit
¶ Ad primam attende Tres fructus
Inferni vllulationem in eius fractione.
Demonum confuſionem in prede reſignatione.
Patrum exultationem in paradiſi apertione.

Flos tertius

Jeſus matri diſcipulos meroribus vniuit.
¶ Ad tertiam attende Tres fructus
Matris dolorem intimū in lacrimis fundendo.
Fratrum timorem maximum ⁊ inſimul latendo.
Judeorum furorem peſſimū in ſctōs ꝑſequendo

Flos quartus

Jeſus ſui memoriam tormentis ſtabiliuit.
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Loci vilitatem in ieſum perdendo.
Tormentorum atrocitatem in xp̄m puniendo.
Militum ferocitatem in plagas inferendo

Flos quintus

Jeſus teſtes multiplices poſt morteʒ acquiſiuit
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Judeorum diſceptationem in ſignis q̄ viderunt
Mortuorum reſurrectionem qui apparuerunt.
Fidelium confirmationem qui xp̄o crediderunt.

Flos ſextus

Jeſus feruorem magdalene ⁊ omnium preſciuit
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Diſcipulorum reuerentiam in matris cōſolatiōe.
Mulierum diligentiā in vnguenti preparatione
Militum inſipientiam in ſepulcri munitione.

Flos ſeptimus

Jeſus ſolutis patribus ad tumulum rediuit.
¶ Ad completorium attende Tres fructus
Patrum piam ꝓmiſſionē in tumuli regreſſione.

Corporis glorificationez in eius reaſſumptiõe.
Cuſtodum confutationem in lapidis amotione.
¶ Oratio Aue ieſu mors leene. ſolus orbis
planct⁹ plene linquẽs teſtimoniũ in tormẽt[?] ple
ne ne peat crux magdalene ſpes r̃ſumẽs tumulũ
¶ Dñica die ad matutinũ. Primus flos
Jeſus ſurgens apparuit ſuis glorificatus.
¶ Ad matutinũ attende Tres fruct⁹ hui⁹ floris
Diſcipulorum anxietatem in ieſu recordatione.
Magiſtri benignitatem in frequenti apparitione
Omnium iocunditatem in crebra confortatione.
¶ Secundus flos ad primam
Jeſus ſcandit ad dexteram patri[?] rex honoratus
¶ Attende Tres fructus eius.
Amoroſam dilectionem dum ſuos conſolatur.
Doloroſam afflictionem dum ieſus ſeparatur.
Angelorũ congratulationẽ dum ieſus exaltatur.
¶ Ad tertiam. Tertius flos cũ fructibus ſuis
Jeſus emiſſo ſpiritu per orbem predicatus.
¶ Attende
Donorũ magnitudinem ad piorum cõfortationẽ
Linguaruz multitudinem ad fidei p̃dicationem.
Miraculorũ valitudinem ad gentiũ cõuerſionẽ.
¶ Ad ſextam Quart⁹ flos cũ fructibus ſuis.
Jeſus ſuper angelicos matrem exaltat ſtatus.
Attende
Sanctorum diligentiã in domini occurſu.

Filij reuerentiam in materno amplexu.
Matris excellentiam in filij conceſſu
¶ Ad nonam quintus flos cum fructibus ſuis
Jeſus in celi curia pro nobis aduocatus.

Attende

Jeſu ſolicitudinem in noſtra prouiſione.
Humanam ingratitudinem in gratiarumactione
Finis incertitudinem in meriti expectatione.
¶ Ad veſperas Sextus flos cũ fructib⁹ ſuis
Jeſus iudex equiſſimus rex omnibus prelatus.

Attende

Infallibilem veritatem in dijudicando.
Imuincibilem poteſtatem in remunerando.
Inflexibilem equitatem in perſeuerando.
¶ Ad completorium ſeptimus flos cũ eius fru-
Jeſus ſctõrum gl̃ia finis deſideratus Ctibus
Deliciaꝝ abũdãtiã cũ ꝟa trãqllitate.
Attende Amicoꝝ ꝯcordiã cũ mera charitate.
Eternam perſeuerentiam cum ſincera
iocunditate. ¶ Oratio.

¶ Aue ieſu ſurgens leo. ſcandens mittens pro
tropheo ſpiritum/glorificans matrem. iudex iu-
ſtus. deo patri aſtãs. pro me reo/finis beatificãs
Amen. Finit opuſculum ſancti Bonauentu-
re meditationum.

¶Explicit paruū bonū: ſiue regimē
conſcientie: quod vocatur fons vite
vna cum ope contemplationis. ad
omnes horas canonicas per totaz
hebdomadam a ſeraphico doctore
ſancto bonauentura editum. ad per
maximā vtilitatez in vita ſpiritua-
li proficere cupientium/ in Monaſte
rio beate Marie virginis de monte
ſerrato/ ordinis ſancti benedicti de
obſeruantia. Impreſſum per Johā
nez luſcher alamanū. Sub impenſis
eiuſdem monaſterij. Anno domini
Milleſimo quadringēteſimo nona-
geſimonono. xxvij. menſis Maij
Deo gratias.